

QR. 267, 22

Z d  
5605

ANTONIUS LU-  
DOVICUS REINHART.

Puerulus quidem sexennis,

*Sed*

O R A T O R

politus,

verte, & lege, & crede;

Sin minùs

*hùc*

veni, & vide, & audi.

LECTOR AMICE

*comprobabis.*



NORTHUSÆ,

*Typis Augustini Martini Hynitzsch.*

M DC LXXII.



8879502X

*gde*





# LECTOR BENEVOLE,

**Q**ualiacunq; hoc in tenui Pueri sexennis speci-  
mine oratorio per leges, pendere velis, defi-  
nitiones quidem, juxta ac distinctiones, in  
privatâ à me institutione, rituq; haud vulgari, illi,  
non tanquam omniberali, nedum Christianâ Do-  
ctrinâ politissimo, verum tyrunculo minorenni, atq;  
ad talia nunc demum perdiscenda propenso, sic de-  
mandatas, cum primisq; ex Dieterici, Theologi, In-  
stitutionibus Catecheticis excerptas, dictis verò tam  
Graecis ac Hebraeis, pluribusq; aliis agglomeratis, in-  
terim absq; ullâ horum articulorum dispositorum  
superstitiosâ intentione, vafrâq; tergiversatione,  
tantummodò ob instructionē etatitenerē satius ido-  
neam, eò redactas esse, quò inde, uti prefixus titulus  
profert, puellus iste, Gratiâ DEI annuenti, feliciter  
perorando progredi gavissus sit; Quocirca hujus-  
modi testimonium de filio perhibet

Ipsè Pater.



JESULO RECENS NATO PUERULO;  
PUELLUS SEXENNIS,

ANTHONIUS LUDOVICUS REINHART,  
M. DAVID NICOLAI REINHARTI, p. t. Ar-  
chi-Diaconi Sondershutæ ibidemqve Assessoris  
Consistorii Filiolus,  
PRIMITIAS,

*coëtaneo hæctenus non sic perceptas,*

in

ORATIONE PRIMA,

De Christiana Doctrina,

*primitiis,*

coram S. Christo, ceu tunc temporis moris, aliisq; cla-  
rissimis & Doctissimis, d. 24. Decembr. hor.

6. pom. 1671. offerens;

Posthinc

*in Præsentia*

Serenissimæ cujusd. Principis; Sic Illustrissimi u-  
nius Comitis; Qvin & quatuor Illustrissimarum Comitum atq;  
Dominarum; Insuper Generis Nobilissimorum, It. Consilia-  
riorum, Doctorum, confluxuq; Officii Reverendorum,  
Spectabilium Ministrorum aulicorum, Stu-  
diosorum, ac plurium panegyrico.

*ex animo intrepido, ore limato, gestuq; aptissimo, uti latino,  
græco & hebræo stylo videntur,*

in Conclavi quopiam majori aulico, Musicâ dulci auditâ,  
memoriter & publicè perlitavit,

*Sondershutæ, d. 11. Febr. Domin. Sexages. hor. 3. pomerid.*

1 6 7 2.



Beatis Manibus  
*Illustrissimi Comitis & Domini,*  
DOMINI  
ANTHONII GÜNTHERI,

Sac. Roman. Imperii Quatuor Viri, Comitis in  
Schwarzburg & Hohnstein, Domini Arnstadii Sonders-  
hufæ, Leutenbergæ, Lohræ, & Cler-  
tenburgi, &c.

*Qui natus Ebelebæ, d. 9. Jan. 1620. Denatus Sondershufæ, d. 19.  
Aug. 1666. hora 5. vespert. Vixit annos 46.  
Menses 7. Dies 10.*

Cujus ossa in monumento, non ita pridem denuò ibidem in  
S. S. Trinitatis æde reperato, d. 13. Novemb. ejusd. anni  
satis magnificè condita.

*Comiti & Domino meo olim*

CLEMENTISSIMO.



*Illustrissime Comiti ac Dominae,*

**DOMINÆ ÆMILIÆ JULIANÆ,**  
Comiti prognatæ de Barby & Mühlinga, conju-  
gatæ verò Comiti in Schwartzburg & Hohnstein, Do-  
minæ in Arnstadt/ Sondershausen/ Leutenberg/ Lohra  
& Clettenberg.

*Comiti ac Dominae meæ*

**CLEMENTISSIMÆ.**

*Quæ est Conjux Illustriss.*

*Illustrissimi Comitis ac Domini,*

**DN. ALBERTI ANTHONII,**

è Sac. Roman. Imp. Quatuor Viris, Comitis in  
Schwartzburg & Hohnstein, Domini Arnsteti,  
Sondershusæ, Leutenbergæ, Lohræ &  
Clettenbergæ, &c.

*Comitis ac Domini mei*

**CLEMENTISSIMI.**



Eqvestri & avito Generis Splendore atq;  
Virtute, V I R O

*Generoso, Nobilissimo, & Perstrenuo,*

DN. BALTHASARI LUDOVICO,  
à Bendeleben, nec non Hæreditario in Bendele-  
ben, Eqviti Saxonico Spectatissimo,  
*Domino & Patrono meo, & Susceptori humilimè devenerando.*

Vetustâ Generis Profapiâ Nobilissimæ,  
Pietatis, egregiarum Virtutum Ornatissimæ,  
*Matrona Lectissima,*

DOMINÆ ELISABETHÆ JUSTINÆ  
THOSSIN, Oriundæ è domo à Schützen, reli-  
tæ Viri Generosi, Nobilissimi & maximè strenui, Domini  
JOHANNIS WOLFFGANGI THOSS, ab Erlbach, in  
Ehrenberg & Edmichen Hæreditarii, Serenissimi ac Celsissimi  
Saxonix Ducis, lineæ Altenburgensis, quondam Cubicularii,  
Territorii & Urbis Altenburgi Capitanei, viduæ; Jam  
temporis verò Serenissimæ ac Celsissimæ Prin-  
cipis Saxonix &c.

*Hala Saxonum Directrici aulicæ solertissima; Domina & Susce-  
ptrici meæ jugi animi obsequio prosequenda.*

Cunctis ceu Parentibus suis Iusticis, Salutem & Prosperitatem  
perennem à Deo precatus, hæc primitias in debita gratitudinis, me-  
morix nunquam intermorituræ, & filialis observantiæ Signum,  
cum animi subjectione offert & submittit  
& consecrat

*Antonius Ludovicus Reinhardt,  
Puellus Sexennis.*





J. N. J. M. D. N. R.

**T**yrorum, Illustrissime Comes & Domine, Domine CHRISTIANE WILHELME, è Sacro-Sancti Romani Imperij Quatuor Viris, Comes in Schwartzburg & Hohnstein, Dynasta in Arnstadt / Sondershausen / Leutenberg / Lohra & Clettenberg / &c. Domine Clementissime; Ut & Serenissima ac Celsissima Domina Princeps, Domina MARIA MAGDALENA Comes Palatina ad Rhenum, Dux Bavaria, Comes in Schwartzburg & Hohnstein, Veldentia & Sponheimia, &c. Domina Clementissima. Sic Illustrissima Comitibus ac Domine, Domine Clementissima.

Juxtaq; Viri Nobilissimi, Plurimum Reverendi, Amplissimi, Clarissimi, Spectabiles, Humanissimi, Doctissimi. Tuq; florentissima, generis nobilitate, eruditionis, ac virtutum ornamentis Corona. Tyrorum, inquam, in vera Religione, diligens & accurata informatio maxime omnium hodie videtur esse necessaria & utilissima, posteaquam ille juratissimus Christiani nominis hostis Diabolus, plusquam unquam ante hac, orthodoxam fidei sinceritatem magnis oppugnat moliminibus, & nullas non machinas profert, quibus, si fieri possit, Ecclesie Civitatem illam dilectam, à fundamento subvertat, quem in finem non utile modo, sed & necessarium est, ut ex ephelis, omnes verae Fidei Tyrones, salutaribus exerci-

Exord. i. re ipsa, doctrina scilicet Christiana, recommendatione.

Tyronibus Diligens, in vera Religione Informatio, hodie est necessaria & utilissima.



Senes ac Ju-  
venes in il-  
la periti fi-  
ent.

z. ab Ora-  
toris sexen-  
nis infor-  
matione.

a. Infor-  
matore,

β Lectioni-  
bus.

γ Modo,  
qui latet in  
herba.

δ Effectu  
vario.

exercitiis ad solidiorem eruditionem sedulo informentur, quod  
si quando veritas sancta, vel publice confitenda, vel adver-  
sum hostes certamine serio, illius patrocinium suscipiendum,  
quisq; tum juvenum ac senum, religionis sanae peritus atq;  
exercitatus sit, cujus gravitate sententiam veram in quovis  
capite defendere, & vicissim adversariorum tela in infesta,  
quae illi ex humana sua rationis pharetra depromere inten-  
dunt, gnaviter excutere & propulsare valeat.

Cum igitur & ego, pro viribus aetate sexennis meae,  
a Parente meo dilectissimo, haecenus in illa sancta palestra,  
doctrinae scilicet caelestis, aliisque scientiarum exercitiis instru-  
ctus, quibus veritatem illius publice confitendo, & contra  
latrunculos illos, ( Hereticos dico ) qui Deo & Ecclesiae, pro  
gigantea sua audacia bellum indicere minimè verentur,  
tanquam Spirituales miles, ex Spiritus Sancti πανοπλία, de-  
fendendo uti possum.

Et sicuti coram S. Christo, suoq; comitatu splendidissi-  
mo, anno praeterlapso, cum comilitone quopiam meo actum  
agitavi comœdicum;

Propos:

Sic jam finito discursu Catechetico, Logico & Astrono-  
mico, subsellia oratoria conscendi, ut aliquid verborum, se  
non augustè saltim augustè, media vestra Orchestra, propi-  
nem ac proponam, veram nempe ac sanam Christianam Do-  
ctrinam, quae breviter & perspicue, quasi in tabella, uno pro-  
pe modum intuitu conspicienda, remotis verborum ampli-  
ficationibus, & prolixis Declamationibus, docebitur.

Vos igitur Auditores, Parentum loco honorandi, ora-  
tos volo, ut non ad Olorina, sed anserinae vocis, filioli vestri,  
strepitum & crepitum, vacivas & vacuas aurium ades,  
paula-



pauculum præbeat, quod orationis meae navicula secundis,  
ceusubrecta ventis, portum sufflante benevolentia vesera  
Zephyro, facilius, felicius & velocius consequatur.

Adhæc verò omnia mihi summè necessaria Precatio  
Dominica, quam ad Deum, flexo corde, manibusq; con-  
junctis dicam:

Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς ὕψουσιν, ἀγιασθήτω τὸ ὄνομα σου. Ἐλ-  
θέτω ἡ βασιλεία σου. Γενηθήτω τὸ θελημα σου, ὡς ἐν οὐρα-  
νοῦ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἡμεῖς σήμερον  
σήμερον. καὶ ἄφεσ ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς  
ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς  
πειρασμόν, ἀλλὰ ῥύσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Ὅτι σου ἐστὶν ἡ  
βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, εἰς τὰς αἰῶνας, ἀμήν.

Oratio Do-  
mini: lo-  
co Voc:

Pater noster, qui es in caelis, &c.

(Hic Oratore acquiescenti, Musici interim psallerunt.)

Atq; adeò, ut hinc Orationis filum, stylum, ac penecil-  
lum aptè traham, præprimis Doctrinam Christianam defini-  
endo enodabo: quòd sit Habitus Theosotus religionis myste-  
ria è puro Dei verbo exhibens, quâ homo in Deum rectè  
credere, piè vivere & beatè mori, breviter & perspicuè  
erudiat.

Quid est  
Doctrina  
Christia-  
na?

In quo la-  
ret Salus  
nostra.

Quia verò solida scientia & Salus nostra latet in Chri-  
sto, ex Apostoli scripto, Eph. 3. 19. γινῶναι τὴν ὑπερβάλλουσαν  
τῆς γνώσεως ἀγάπην τῆς χειρῶν. cognoscereq; excellentem cog-  
nitionis charitatem Christi, (Christum diligere scientiam  
supereminet omnem;) Ergo non caro & Sanguis, sed, Chri-  
sto clarè testante, Pater caelestis in verbo nobis revelabit.

Triplex  
agmen De-  
ctrinae  
Christia-  
nae:

Triplex inde agmen est mihi inducendum; Primum ducet  
B rectè



**I. rectè cre- dere:** rectè credere, quod non tantum est scire & assentiri iis, quæ in fidei articulis & Evangelio proponuntur; Verum etiam in dubitatâ cordis fiducia Dei promissiones ejusq; universa beneficia sibi applicare, ac in illis acquiescere. Eph 3. 12. In Christo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem ejus.

**Quid est re- cte crede- re?** indubitata cordis fiducia Dei promissiones ejusq; universa beneficia sibi applicare, ac in illis acquiescere. Eph 3. 12. In Christo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem ejus.

**Quomodo Deus co- gnoscitur?** Cognoscitur verò DEUS, in quem credere nos oportet, velex Libro Naturæ, qualis est universus hic mundus, & omnes, quæ in eodem creatura continentur; Velex libro Sacra Scriptura, qui est Verbum DEI scriptum, in quo DEUS & se & Voluntatem suam patefecit. Vulgò ille natura liber effertur notitia naturalis, quæ post lapsum protoplasto- rum valdè imperfecta, languida, & ad Salutem nulla. 1. Cor. 1. 21. Hic verò Scripturae Liber, notitia DEI revelata dicitur, quæ indubitato certissima, & in cognitione DEI salvifica initium faciendum à revelata hac notitia, nec ali- ter sentiendum, nec loquendum est de DEI essentia & vo- luntate, quàm se in verbo revelato manifestavit, quòd scilicet Deus sit in Essentia Unus, Deut. 6. 4. Audi Israël Domi- nus Deus tuus est unus Deus. 1. Tim. 2, 5. Unus Deus, & unus Mediator Dei & hominum, Homo Jesus Christus; Et in Personis Trinus, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Ubi Pa- ter est Prima Persona Trinitatis, quæ ab aeterno genuit Fili- um, Imaginem Sui, creans, conservans, & gubernans o- mnia. Trium Personarum indivulsa legitur mentio in admi- nistrationis Baptismi formula. Matth. 28, 19. Euntes docete omnes Gentes, baptizantes eos in Nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti. Prætereà probant maximè illustres Theo- phania. Matth. 3. 16. & cap. 17. 5. ubi Pater de cælo cla- mat: Hic est Filius meus dilectus, Clarissimum Johannis O- raculum; 1. Joh. 5. 3.





ὅτι τρεῖς ἕσαν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῷ ἁγίῳ, ὁ πατήρ, καὶ  
 ὁ λόγος, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. Καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἓν ἕσαν.  
 Tres sunt illi testantes in Cælo, Pater, & Verbum & Spi-  
 ritus Sanctus, & hi tres in unum sunt. Sicq; Voces Fchvvs  
 triplicata; Num. 6, 24. extant:

יְבָרַכְךָ יְהוָה וַיְשַׁמְרֶךָ : יְאֵר יְהוָה פָּנָיו  
 אֵלֶיךָ וַיַּחַנְךָ : יֵשֶׁא יְהוָה פָּנָיו אֵלֶיךָ  
 וַיִּשֶׂם לְךָ שְׁלוֹם

Benedicat tibi Dominus, custodiat te: Illuminet Do-  
 minus Faciem suam ad te, & misereatur tui: Attollat  
 Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. De  
 hac Sacrosanctâ Trinitate certissimè demonstratur, Illam  
 esse causam Creationis principalem, operis putâ sextiduanî,  
 quo partim ex nihilo, partim ex rudi materia omnes crea-  
 turas, visibiles ac invisibiles dicendo fecit, ut hinc agnoscere-  
 tur. & celebraretur. 1. Cor. 8, 6. Unus est Deus Pater, ex quo  
 omnia. Joh. 1, 3. per Ipsum, intellige Filium Dei, facta sunt o-  
 mnia. Job. 26, 13. Spiritus Dei ornavit cælos. Creatio verò illa  
 Patri attribuitur, ut externum aliquod extet discrimen in  
 Ecclesia, quo Pater à Filio & Spiritu Sancto discernatur. In-  
 visibiles creaturæ dicuntur Anzeli, qui Spiritus finiti, admi-  
 rabili perfectione primitus creati, ut Deo & hominibus  
 inservirent. Quia autem non omnes in Veritate stete-  
 runt, leguntur duplices, primò Boni, qui quales à Deo  
 conditi, tales permanserunt; secundò Mali, sive Diaboli,  
 à conreata veritate libere desiscentes. Visibilibus Crea-  
 turarum homo est præstantissima, Deus enim non tantum  
 ipsum, sicut cætera animantia, condidit, sed etiam petulias  
 ri gratiâ ad Imaginem & Similitudinem suam creavit.

Quis crea-  
 vit mundum  
 & omnes  
 in illo Cre-  
 aturas?  
 Ex qua ma-  
 teria mun-  
 dus est cre-  
 atus?  
 Quotupli-  
 ces sunt  
 creaturæ?  
 Cur mundus  
 creatus?  
 cur creatio  
 tribuitur  
 Deo Patri?  
 Quid sunt  
 Angeli?  
 Cur Ange-  
 li sunt cre-  
 ati?  
 Quotupli-  
 ces sunt  
 Angeli?  
 Quinam  
 sunt boni?  
 Quinam  
 sunt mali?  
 Quid est  
 in homo crea-  
 tus. Erne homo ad Dei Imaginem conditus?

B 2



in *Iustitia & sanctitate vera, que quidem per lapsum Proto-*  
*plastorum amissa & concreata hac natura integritas horri-*  
*bili depravatione corrupta est; In Fidelibus autem hac in-*  
*vita, reparatione Christi, & innovatione vite per Spiritum*  
*Sanctum inchoative restauratur, in futura consumma-*  
*tive perficietur. Interim Deus Triunus suo ab opificio non*  
*veluti Architectus domo ab extructa secessit, verum omnes*  
*Creaturas, secundum naturalem instinctum dirigit, adeoque*  
*totius nature ordinem a se institutum, ordinariè conservat;*  
*inprimis suam gratiosè regit Ecclesiam, fovet ac protegit.*

**Manfitne Dei Imago in homine?** *Filius DEI, qui appellatur Jesus Christus, est secunda*  
*Persona Divinitatis, verus nempe Deus, ab eterno à Patre*  
*genitus; Idemq; verus homo in tempore ex Maria Virgine*  
*natus, unicus humani generis Redemptor. Probatum autem*  
*Christum esse primò verum Deum, quando absolute Deus*  
*dicitur. Rom. 9. 5. ὁ θεὸς ὅς ἐστι πατέρων τὸ κτ', σάρκα ὁ ὢν Ἰησοῦς*  
*χρῆστου, θεὸς εὐλογητὸς, εἰς τὰς αἰῶνας ἀμὴν. Christus est super*  
*omnia, Deus benedictus in secula. Vel vocatur Filius Dei*  
*proprius, Rom. 8, 32. & unigenitus Job. 3, 16. Sic Deus dile-*  
*xit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis,*  
*qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam eternam.*  
*Vel quando epithetis & attributis, soli Deo propriis insigni-*  
*tur. Item, quando opera merè divina, virtute propriâ ad*  
*suam gloriam effecit. Secundò verum Hominem, quia disertè*  
*homo nominatur, 1. Tim. 2, 5. εἰς θεός, ἵς καὶ μεσίτης, θεὸς καὶ*  
*αὐθρόπων, ἀνθρώπος χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ δὲς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ*  
*πάντων. Unus Deus, unus & Mediator Dei & Hominum, Ho-*  
*mo Christus Jesus, Dans semetipsum redemptionem pro o-*  
*mnibus. Et essentielles hominis partes, anima nimirum ratio-*  
*nalis & corpus ei adscribuntur, Matth. 20. 28, cap. 26. 38.*  
*& Esai. 9. 6.*

Manfitne  
 Dei Imago  
 in homine?

Estne ite-  
 rum in ho-  
 mine re-  
 staurata?

Qvis ad-  
 huc omnes  
 creaturas  
 dirigit &  
 conservat?

Quid est  
 Dei Filius?

Proba  
 Christum  
 esse Deum?

Proba  
 Christum  
 esse Homi-  
 nam.

971-12  
 100





בִּי-יָלֵד יִלְר־לָנוּ בֵּן יוֹתֵן לָנוּ  
 וְתִהְיֶה הַמְּשָׁרָה עֲלֵי-שָׁכְמוֹ  
 וְיִקְרָא שְׁמוֹ פֶּלֶא יוֹעֵץ אֵל  
 גִּבּוֹר אֲבוֹ-עַד שֶׁר-שָׁלוֹם

Gnatus natus est nobis, Filius datus est nobis, & erit principa-  
 tus super humerū, ejus, & vocabitur nomen ejus Admirabilis,  
 Consiliarius, Deus, Fortis, Pater aternitatis, Princeps pacis.

Hic Θεόδωρος & legi obediens factus ac ignominiosissi-  
 mam mortem in ara crucis pro nobis pertulit; ut nos à peccatis,  
 à morte & aeterna damnatione liberaret; Itaq; verè passus,  
 crucifixus, mortuus & sepultus est; descenditq; ad inferos; à  
 mortuis verò die tertiâ resuscitatus, atq; per ascensionem  
 suam in caelos ad Dextram Majestatis Dei evedtus, regnat,  
 & gubernat omnia, in Caelo & in terra; Tandem die novissi-  
 mo formâ visibili è caelo reversurus, & cum gloriâ summâ  
 vivos ac mortuos dijudicabit.

Spiritus Sanctus est tertia Persona Divinitatis; ab a-  
 terno à Patre & Filio procedens; regenerans & sanctificans  
 nos, per verbum & Sacramenta. Expressè in Sacris Jehovah  
 & Deus dicitur; Cultus & honor divinas ei tribuitur; Sicq;  
 opera meè divina procuravit. Et quia per lapsum primo-  
 rum nostrorum Parentum in Spiritualibus adeò tenebris ob-  
 scuratam habemus intellectum voluntasq; nostra Deo inimi-  
 ca, imò in peccatis mortua; inde vires & conatus nostri plane  
 sublati, propterea à Spiritus Sanctus operatur in nobis velle &  
 perficere, uti ad Ecclesiam per verbum & sacramenta nos in  
 terra vocat, congregat, illuminat, sanctificat, sic per hæc ipsa  
 organa, verbi scilicet auditus, & Sacramentorum usus nos in  
 Jesum Christū verâ ac unicâ fide conservat. Teste S. Scriptu-  
 râ, quæ verbum Dei, à Prophetis, Evangelistis & Apostolis

Quid Chri-  
 stus nobis  
 pro merito  
 est? &c.  
 Qualis  
 porrò de  
 Christo ve-  
 rè credis?

Quid est  
 Spiritus S.  
 Est ne Spi-  
 ritus S.

Quid præ-  
 stare potest  
 in Spiritu-  
 alibus Intel-  
 lectus & vo-  
 luntas no-  
 stra?

Quis ope-  
 rat in  
 nobis quod  
 bonum est?  
 Quid?

Quomo-  
 do?

Quid est S.  
 Scriptura?

B. 3.

immo



Unde est? *immediato Spiritus Sancti afflatu perscriptum, ut ex illo, de*  
 Quid prae- *verâ Deicognitione & cultu, ad vitam aeternam erudiamur.*  
 fiat?  
 Quomodo *Distinguitur illud ab adjuncto tempore in Vetus ac Novum*  
 distingui- *Testamentum; Verum respectu substratae materiae, in libros*  
 tur?  
 Proba S. *Cujus Autoritas per se est: primò Divinissima, verissima &*  
 Scripturâ *Perfectissima, Psal. 18. 8. Lex Domini perfecta. 2. Tim. 3. 16.*  
 esse perfe- *Πᾶσα γραφή θεόπνευστος, καὶ ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς*  
 etiam?  
*ἐλεγχον, πρὸς ἐπιτιμωθῆσθαι, πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ, ἵνα*  
*ἄρτιος ᾖ, ὁ τῷ θεῷ ἀνθρώπος, πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένον.*  
*Omnis Scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum,*  
*ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum, in Justitia,*  
*ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.*  
 esse luci- *Porrò clara & lucida. 2. Pet. 1. 19. Ἐχομεν βιβαιοτέρον πρὸ*  
 dam?  
*προφητικόν λόγον, ὃ καλῶς στοιεῖτε προσέχοντες, ὡς λύχνῳ φαί-*  
*ροντι ἐν αὐχμηρῷ τῷ πω. Habemus firmiorem Propheticum*  
*Sermonem; cui benefacitis attendentes, sicut lucerna appa-*  
*renti (lucenti) in caliginoso loco. Praeterea, genuinus tex-*  
 esse Judi- *tuus interpret, Judex, sermo vivus & efficax. Hebr. 4. 12.*  
 cem & Ser- *Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, καὶ ἐνεργῆς, καὶ τομιώτερος, ὑπὲρ πᾶ-*  
 monem ef- *σαν μάχαιραν διζομον, καὶ δεικνύμενος, ἀχρημελισμὸς ψυχῆς τε*  
 ficacem?  
*καὶ πνεύματος, ἀρμῶν τε καὶ μελῶν, καὶ κρείπκος ἐπιδομήσιων,*  
*καὶ ἐννοιῶν καρδίας. Vivus enim Sermo Dei, & efficax & pe-*  
*netrabilior super omnem gladium ancipitem, & pertingens*  
*usq; ad divisionem animae, ac Spiritus, compagum quoq; ac*  
*medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis.*  
 esse Ver- *Insuper stabile verbumq; aeternum. Esa. 40. 6.*  
 bum] aere- *כי*  
 tum.

כל־הַבְּשֵׁר חֲצִיר וְכֹל־חֶסֶדוֹ כְּצִיִּי  
 חֲשָׁה : יֵבֶשׁ חֲצִיר נֶבֶל צִיִּי  
 וְדַבַּר אֱלֹהִים יָקוּם לְעוֹלָם :

Omnis



Omnia Caro herba, & omnis pietas ( gloria ) ejus tan- Conclusio  
quam flos agri. Aruit herba, cecidit flos, & verbum Dei no- promittit  
stri stabit in aeternum. etiam.

Audivistis igitur, Auditores Clarissimi, de primo tan- Reliqua  
tummodo Doctrinae Christianae agmine, nunc cum tempus, duo Do-  
quod prope praeterlapsum, & vestra patientia, qua non decet ctrinae  
abuti, mihi, quasi manum injiciant, & ad portum me recipe- Christianae  
re jubeant, promittendo, me reliqua duo agmina, quae aliacun- agmina in  
que etiam potiora restant in priore, in posterum, Bono cum DEO, publicum  
adducturum esse. Vobis autem omnibus pro officio, vel ma- produce-  
gis beneficio in me collato, debitas persolvo gratias, quod me re.  
voce titubantem & balbutientem, auribus vestris benignis Gratias a-  
benigne audire non dedignati fueritis Deum Ter Opt. git.  
Max. qui nutu suo temperat omnia, ardentissimis votis rogo devote pre-  
& obtestor, ut nos omnes, Senes ab Juvenes, docentes atque cator, Deo-  
discipulos, jamjam in tempore versantes anniversario, felici que com-  
anni auspicio, ac progressu feliciore, felicissimoque illius exitu mendat.  
erigat alata & custodiat, quod vera Doctrina Christiana pure in Genere.  
& incorrupte doceri, disci, & ad omnem usque posteritatem  
transferri queat.

Quin & Illustrissimum Dominum nostrum, Dominum in Specie.  
**CHRISTIANUM WILHELMUM**, e Sacro Sancti  
Romani Imperij Quatuorviris, Comitem in Schvartzburg  
& Hohnstein & c. Dominum nostrum Clementissimum.

Nec non tutorio nomine nobis jam imperantes, Serenissi-  
mam ac Celsissimam Principem & Dominam **MARIAM**  
**MAGDALENAM**, Comitem Palatinam ad Rhenum,  
Ducem Bavariae, & c. Dominam nostram Clementissimam;

Sic & Illustrissimum Dominum, Dominum **LUDOVICUM**  
**GUNTHERUM**, Sacros. Rom. Imp. Quatuorvi-  
rum, Comitem in Schvartzburg & Hohnstein & c. Dominum  
nostrum Clementissimum.

Juxtaque



Zd 5605 04

Juxtaq; Illustrissimum Dominum, Dominum ANTHO-  
NIUM GUNTHERUM, S. S. Rom. Imp. Quatuorviru,  
Comitem in Schvartzburg & Hohnstein, &c. Dominum no-  
strum Clementissimum, qui jam temporis terras peregrinas  
transit alienas; Adeoq; universam Familiam Schvartzburgi-  
cam, Superioris ac Domus Inferioris longè celeberrima, adver-  
sus omnes grassantes, alis Clementia sua benignissimis, de-  
fendat, protegat, tandemq; ad omnis portum felicitatis reducat  
atq; conserve.

ardentius  
implorat.

Votum  
nuncupat.

tandemq;  
verbis he-  
brais Jeho-  
vah depra-  
dicat.

הללויה

Tu Triune DEUS benignissime fac, ut hocce Votum val-  
de calidissimum, Filioli tui adhuc balbutientis gratum atq; ra-  
tum sit! Ego Tuorum beneficiorum immemor nunquam ero,  
sed animo humili commemorabo, laudem tuam predicabo &  
amplificabo, sicuti nec jamjam sine gloria tua celebratione ab-  
hinc discedam, sed cum Sanctis Spiritibus tuis administratoris  
exaltatâ voce ex Luca 2. 14. decantabo: Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ,  
καὶ εἰς τὴν γῆν ἐιρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. Gloria in excelsis  
DEO, & in terra pax, hominibus bona Voluntas! Quid?  
cum Psalte omnibus & singulis acclamabo: Ps. 117, 1, 2.

הללו את יהוה כל גוים שבגוהו  
כל האמים פי גכר עלינו חסדו  
ואמת יהוה לעולם הללויה :

Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes  
populi; Quoniam confirmata est super nos misericordia eius,  
& Veritas Domini manet in aeternum. Hallelu-ja!

D I X I.

715





QR.267, 22

# ANTONIUS DOVICUS REI

Puerulus quidem

*Sed*

O R A T

politus,

verte, & lege, &

Sin minùs

*huc*

veni, & vide, &

LECTOR A

*comprobabis*



NORTHUS

*Typis Augustini Martini*


M DC LXX



*gale*

6  
35

X 2056788



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

**Kodak**  
LICENSED PRODUCT  
Black

**KODAK Color Control Patches** © The Tiffen Company, 2000

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

